



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Lovaniensia.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

Ocia quisquis honesta cupit, discedat ab AVLA.
 Porta Erebi in terris AVLA, & tua Tātale pena est.
 Questus adulari & mentiri est primus in AVLA.
 Rara avis in toto est vere pius AVLICVS orbe.
 Sinceris & simplicibus ve semper in AVLA.
 Turpe senex & inops quando incolit Aulicus
 AVLAM.

Vita difficilis methodus bene dicitur AVLA.
 Xanthe retro ibis, erit quando constantia in AVLA.
 Ydra AVLA est caput multorum horrenda venena.
 Zenones fatui sunt atq; Thrasones in AVLA.

ergo

Exeat AVLA, qui vult esse pius.



LOVANIENSIA.

IN LOVANIVM MAXAEMILIANVS
 VRINTIVS S.P. Q. Gand. à secretis.

IUPPITER hoc vrbis spatium, fundamina
 PALLAS, (vau.)

MARS Burgum, mediū struxit APOLLO for-
 Arua CERES circum, DRYAS herbida prata,
 LYAEVS

Vitiferos colles, DILIA fudit aquas.

Aëra SOL purum, varias CYLLENIVS artes.

Ingenij cultum turba nouena dedit. (CEPS.

Templa Deo PIETAS, Gymnasia publica PRIN-

Splendida doctrina premia fecit HONOS.

Eloquium PITHO, Sophiam Dea GLAVCA,

THEMISTIS (opem.)

Iura, docet medicam, PHOEBIGENA auctor

Omnis

*Omnibus vt numeris veteres exequet Athenas
Vrbs GRVDIA, & Belgas non sinat esse rudes.*

IN D. PETRI.

MEMORIAE SACRVM.

IOANNES VVAMESIVS H. S. E.

Quem breuiter lector nosce.

Natus Leodici Eburonum AN. ∞. 10. XXIV.

Ad studia inde Iuris transijt,

Inijs quoq; famam adeptus, etiam Græcis,
Natura & Industria Duce.

At in Iure ad culmen ipsum conscendit.

Doctor renunciatus AN. ∞. 10. LIII.

Publicè Professor in hac schola A. ∞. 10. LVI.

Deniq; primarius antecessor A. ∞. 10. LXX.

Hoc munus cum laude AN. xx. obijt.

Primoribus gratus, vulgò venerabilis, omni-
bus carus.Breuiter doctrina, prudentia, auctoritate,
Inter æui sui primos.

Obijt diutina inualetudine A. ∞. 10. XC.

XI. Kalend. Sext.

Iste vir fuit, Lector, sed fuit,

Tu quoq; quod es, non eris.

Alius alias, sed omnes huc imus.

Cogita & huic bene apprecare
ita posterit tibi.

Magne Deus ipse & nobis miserere.

Hæredd. PP.

IN SARCOPHAGO.

Viuus mori qui cogitat,

Sperat perennem gloriam.

D. O. M

D. O. M.

D. PETRO NANNIO Alcmariano, Presbye. & Canonico Atrebatensi, viro Doctiff. humaniores litteras in celeberrimo Collegio Busleidiano XVIII. an. professo, SIGISMUNDVS FRID. FVGARVS Baro in Kirchberg & Viana B. M. & amico paterno, memoriae & virtutis ergo iussu Parent. opt. pos. Vixit ann. LXII. Obijt anno M. D. LXII. die XXI. Iulij.

IBIDEM.

Heu flos iuuenum quomodo abiisti
præcipiti fato?

Antuerpia genuerat stirpe nobili,
indole eximiâ:

Louanium rapuit, studiorum incurfu,
Sed cælo reddidit, cælo dignum.

IOANNI TVCHERO Fil.
mcestus parens posuit.

Obijt IX. Octobr. An. 1607.
Annos natus XIX.

O vita, longa, vilibus, bonis breuis!

IN D. IACOBI.

Nobili variaq; eruditione vtriusque lingue monumentis, clarò viro GVILIELMO CANTERO Ultraiectiono, qui XXXIII. ann. natus minus LV. dieb. Obijt xv. Kal. Iunij, anno M. D. LXXV. Fratri suo chariff. Theodorus Canterus POS.

AD MARTINIANOS.

F. MARTINVS LIPSIVS Bruxellensis, vir egregiè doctus, & qui perpetuò studijs, quib; & immortalus est, incubuit, In castigandis veteribus auctoribus vsq; ad supremum spiritum insudans. Testatur
id ope-

id opera Augustini, Hilarij & aliorum multorum,
ex ipsius recognitione edita. Testis est & ipse Ma-
crobius cum Symacho ab illo castigatus. Fuit præ-
terea vir iste D. ERASMI ROTERODAMI ami-
cicia & scriptis epistolis satis clarus. Præfuit mo-
nasterio Crucilensico cum multo ipsius cœnobij
fructu. Moritur anno C. D. D. LV. Martij. XXIV.
die, ibi honestè sepultus.

AD CARTHVSIANOS.

D. MARGARITAE VXORIS CAROLI
Ducis Burgund.

MARGARIS Anglorum sum stemmate nata superbo,
Regis soror recitanda, Regis filia.

CAROLVS est coniux Burgundio Marte peremptus:
Dem ter nouem viduata dego Consules.

Interea quæ cura rogas? fuit vnica cura

Viros fouere sacros, sacrasq; fœminas.

Quid docti? doctis templorum confero curas

Quibuslibet, legem modò norint sacram.

Quid sibi Magnates? sibi quid Simonis alumni?

Malè audiunt, petentes quod dari est nefas.

Hac mihi fas de me, narrabunt cetera veri

Similem expetentes & sacri & docti viri.

R. P. AC D. GVILIELMI à BRVXELLA,

ABBATIS S. AMANDI ET S. TRVDONIS.

Obijt ann. M. D. XXXII. XI V. Nouemb.

In tria diuisus nunc sum, qui mole sub vna

Quamuis Natura duplicis, vnus eram.

Reddita mens calo, cor & hic, & viscera marcent,

TRVDO fouet molli cætera membra sinu.

Cum Iudex aderit magnus, dispersa coibunt,

Et iam rursus de tribus vnus homo.

I B I.

IBIDEM.

MARTINVS vbi terras reliquit DORPIVS,
 Suum orba patrem flet parens Hollandia,
 Theologus ordo luget extinctum decus;
 Tristes Camæna candidis cum Gratijs
 Tantum patronum lacrymis desiderant:
 Louaniensis omnis opplorans schola
 Sydus suum requirit, ô Mors, inquiring,
 Crudelis, atrox, seua, iniqua & inuida,
 Itan' ante tempus floridam arborem secans
 Tot dotibus, tot spebus orbis omnium
 Suspensa vota? Premite luctus impios;
 Non perijt ille, viuit, ac dotes suas
 Nunc tutò habet, subductus auo pessimo.
 Sors nostra flenda est, gratulandum est DORPIO.
 Hæc terra seruat, mentis hospitium pie
 Corpusculum, quod ad canora buccina
 Vocem, refundens optimâ reddet fide.

Obijt anno M. D. XXV. Prid. Kal. Iunias.

AD MINORITAS.

IN SACELLO B. MARIAE.

Quis hic sepultus, quæris? ipse edisseram.
 Nuper locutus & stilo & lingua fui,
 Nunc altero licebit, ego sum LIPSIVS:
 Cui litteræ dant nomen, & tuus fauor.
 Sed nomen. ipse abiit. abibit hoc quoque:
 Et nihil hic orbis, quod perennet, possidet.
 Vis altiore voce me tecum loqui?
 HVMANA CVNCTA fumus, vmbra, vanitas,
 Et sic

Et scana imago, & verbo vt absoluam, NIHIL.

Extremum hoc te alloquor:

Aeternum vt gaudeam, tu apprecare.

IUSTVS LIPSIUS vixit aunos LVIII. M. V.

Obijt anno Christiano c. 15. 10 c. VI. X. Calend.

April.

LAPIDIS SEPULCRALIS INSCRIPTIO
IUSTI LIPSI.

QVOD CLAVDI POTVIT,
HIC IACET.

S. P. Q. ANTVERPIEN.

INCLYTI VIRI

FAMAE ORBI NOTAE,

VIRTVTI, CAELO RECEPTAE
H. M. P.

AD PRAEDICATORES.

*Quis lapis hic? GEMMAE. GEMMAM la-
pis an tegit? inquis*

At condi in GEMMA debuerat potius.

Non ita; nam quaeuis minor illo GEMMA fuisset,

Et posito à GEMMA, GEMMA fit iste lapis.

IN AEDIBVS LIPSIANIS, VIDERÈ

Licet III. canes depictos additis his
inscriptionibus.

SAPHYRVS CAPELLVS, GENTE BA-
TAVVS, CORPORE ALBET, CAPITE AV-
RIBVSQ. PURPURAT, DISCRIMINE TA-
MEN ALBO à SUMMO EO, INTER AVRES,
CVNEATIM AD OS DESCENDENTE. SENE-
CIO NVNC EST, ET TREDECENNIS: CVM
Hh IM FLO-

IN FLORE PVLCHERRIMVS ET LEPIMVS
SIMVS CATVLORVM.

*Gemma dedit nomen. sum verè gemma catellum
Quot quot terra habuit Belgica, habebit, habet.
Tale decus vultus, talis venus. adde lepores
Ingenij, humanum qui sapiant Genium.
Et sanè est aliquid mi hominis. vis argumentum
Vina bibo, & vino nata me habet podagra.*

MOPSVLVVS CATVLVS, DOMO ANT-
VERPIA, DONVM A CL. V. ARNOLDO
BORCOVTO, AMICO VETERI, ET I^o. 18
CORPORE ALBET, CAPITE, AVRIBVS, AT-
QVE ALTERO OCULO SYFFLAVIS. RO-
STRVM È RVBRO ALBICAT, BREVE ET
OBTVSVM, ET NARE PRORSVS REPAN-
DA. CRASSVLVS, ARGVTVS, MORDAX EST,
ARTATE BIMVS.

*MOPSVLVVS aſt ego ſum, domini conuiua: quid
En etiam lectum participo domini. (vltat
Eſtne aliud? Domini Dominus, ſi dicere fas eſt.
Vsq; ad eò forma huic iungitur improbitas.
ſed forma, que rara cluet. ſi examine iſto
Pendor, quod nec ames eſt mihi, plus quod amei.*

MOPSVS CANIS, GENTE SCOTVS. COLO-
RE CRASSO SPADICEO; SED CIRCA ORAS
AVRIVM, ET IN IPſO ORE, DILVTIVS
FLAVO. SVPER OCVLVM VTRVMQVE OR-
BICVLI AEQVALES DVO, ITIDEM FLA-
VI. IDEM COLOR IN PEDIBVS INTERIO-
RIBVS, INTRA FEMORA, SVB CAUDA,
ET IN ANO. AT PECTVS LATVM ET HO-
NEſTYM, PANTHERINA PRORSVS SP. B.
CIE,

CIE, ALBUM ET MACVLIS SPADICIBIS
SPARSVM. TALES IPSI IMI PEDES. AN-
NVM AGIT TERTIVM, AD INVIDIAM
PVLCHER.

MOPSVS ego formâ qui vinco sacra canina;

Quod nolim, in magno corpore nil habeo.

Quodq; velim, dominum, dominam, ancillamq; vo-

Conciliat probitas simplicitasq; mihi? (lentes

Ille canis redeat, meruit qui calica templa:

Si certet, terra hunc, me sibi calum habeat.

IN COLLEGII DALENSIS vulgò
ANTVERPIENSIS SACELLO.

D. O. M.

&

P. M.

R. Viri PETRI VAN DALE, Arnoldi F.

I. C. Decani Alostensis, Canonici Antwerp,
Toparchæ in Ballaer, Ghestele, Putte, Beersele;

Qui in lauta re & supra priuatum modum,
modestè, prouidè, piè ea vsus,

Collegium hoc instituit, vectigalibus iustruxit,
alendæ in B. P. iuuentuti.

Natus Antwerpæ ann. CIO. IO. IV. ibidem

obiit anno CIO. IO. LXXXII.

Hic monumentum habet, ossibus eius

voluntate translatis,

vt anima eius in beatas sedes, tu apprecare
piè lector.

IN COLLEGII PONTIFICII
Sacello.

Hic iacet sepultus egregius Vir D. ac M. N.

Hh 2

MICHAEL

MICHAEL de BAY Athenfis, Ecclefie Collegia-
tae D. Petri Louanij Decanus, vniuerfitatis Cancellarius, & conseruator, Generalis per Belgium In-
quifitor, Regius S. Theologiae Profeflor, & Colle-
gij Pontificij Praefes. Decellit xvi. Septemb. M. D.
LXXXIX. Decanatus anno xiv. Profeflionis xl.
Praefidentiae xxxix. aetatis annum agens lxxvii.

EPITAPHIVM IOANNIS A MOGVN-
TIA PRIMI MONACHI APVD MAR-
tinianos Louanij.

*Ecce Moguntina vixi certiffima Gentis
Progenies, tellus quem peregrina tegit.
Sed natalitios diuino munere fines
Deferui, & quicquid patria dulcis habet.
Claficus Aurelio tandem sub Principe miles,
Signifer hac diua primus in arce fui:
Scriptaq; fupremo liqui pro munere charis
Fratribus, aetatis ceu monumenta mea.
Annosum hinc miferata senem natura dolori
Pracclufit, fato prae dominante, viam.
Si prius ingenuos potuiffi inflectere fensus,
Da paradifiacam mi Paraclete domum.*

AD INGRESSVM ARCHIDVCVM
ALBERTI & ISABELLAE,
ANNO CIÖ. ID. XCIX. ipfo D. CATHARINAE
Oftauiani Augufti in urbem aduentu
Corona Iridis fpecie circa folem apparuit,
Nouae potentiae,
Nouae pacis aufpicium.
Hanc vobis, ô Principes noftri,
S. P. Q. Louanienfis

In ipfo

LOVANIENSIA.

485

In ipso ingressu dedicat,
Nouæ potentiaë,
Nouæ pacis auspicium.
Sol vobis ab Hesperia fulsit,
Circa eum & ab eo corona
Prouincijs variegata, Iridis specie refulsit.
O fausta, firmaque ista sint!
Et tu ille vtrumq; orbem,
Vos isti nostram Belgicam
Salutari luce perfundite,
Vitam & vigorem reddite
Heu bellis ciuilibus amissum.
Deus & Superi vota nostra audite,
Vos Principes obsequia admittite,
Quæ fideliter & æternum defert
S. P. Q. vester Louaniensis.

AD LAEVAM DOMVS SENATORIAE,

BRABANTIA prima Prouinciæ,
In triplici suo ordine
Antistitum, nobilium, ciuium,
Sereniss. potentiss. Principes,
ALBERTVM & ISABELLAM Duces suos
Iata fronte suscipit,
deuota mente suspicit,
& fidem obsequiumque,
more & candore maiorum
æternum vouet.

IN GELRO-GALLORVM GRASSA-
TIONEM IN LOVANIENSES, PER MAR-
tinum Rossenium. Auct. LEVINO TOR-
RENTIO ibidem studioso.

Hinc, hinc Galle procul, procul aut bõbarda repellat.

H 3

Hens

*Heus fugito, sedes hic Iouis ales habet.
 Perfidus ille nihil Gelrus, nil Cymber iniqua
 Profuerit: cristas erigere ergo caue.
 Quos duce Borbonio sensisti lenius ungues,
 Ni fugis, hos acres experiere magis.
 Semiputata tibi Latio calcaria quondam:
 Ergo fuge, aut totus diripiëre miser.*



SYLVAEDVCENSIA.

MAXAEMILIANVS VRINTIVS
 S. P. Q. Gand. à secret.

Delitium Triuia, Belgi Dodona, Bataunum
 Terror, & Auriaca Scylla probrumq; fuga.
 Arx Fidei, cos virtutis, constantia asylum,
 Regnum Aquila, Harpyis inuiatota domus.
 Laurorum nemus & palmarum illustre viretum,
 Sylua Iouis fuerit, sit nisi Sylua Ducis.

IN S. IOANNIS EVANGELISTAE.

Memoria Sacr.

DIVO PHILIPPO II. inuictiss. Hispp. Regi
 Catholico, D. CAROLI V. Imp. Aug. Filio vnico,
 Brabantiae Duci inclyto, Patriae huius Protectori
 clementiss. S. P. Q. Sylu. moerore perfusi, pietatis
 & obseruantiae gratia VII. Nouemb. ann. CIO.
 ID. XCVIII. poni curarunt.

Qualucet Eous, Regia famavolat.

AEVITERNITATI SACR.

Trouocatus ab hoste Gallicae turmae Duce D. de
 BREAV.